OSORI ET ROSORI Momo, ſalem.

ADlatres licet vsque, Mome, noſtros
Gannitu rabioſiore Iambos;
Certum eſt, hoc tamen æſtimare flocci:
Nec pluris rabiem putare veſtram,
Mordaces Critici; ferocior quàm
Latrantem Catulum facit Leæna.
Namque verſiculis in hisce noſtris
Nil ſpirat; niſi ſummi AMOR *Iehouæ,*
Nil, ARDOR *niſi* FILII *Iehouæ,*
Nil, IGNIS *niſi* SPIRITVS *Iehouæ,*
Spirat verſiculis in hisce noſtris.
Ergò, peſſime Liuor, i, libellos
Hos arrodere perge: quos Iehouæ
PATER, FILIVS *atque* FLAMEN, *vnus,*
TRINVS; *præſidio ſuo tuetur.*

G. Alardus, P. L.